

Metrum quartū

Nunc ea prefectura quid abiectius? Ut enim paulo ante dixim: quod nihil habet proprii decoris. opinione vrentium nunc splendorez accipit. nunc amittit. Si igitur reuerendos facere nequeunt dignitates: si vltro improborum contagione sordescunt. si mutatione temporum splendore desinunt. si gentium estimatione vilescunt. quid est quod in se expetende pulchritudinis habeant. nedum alijs prestent?

Hic probat quarta via que sumit ex hoc quod dignitates temporum mutatione sordescunt. quod enim magna olim fuit dignitas: moderno tempore pro nihilo reputat. vnde dicit. Sed hoc quod dixi vix est apud exterarum nationes id est extraneas. sed inter eos apud quos dignitates orite sunt non perpetuo durant. Atqui pro certe. nam prefectura olim erat magna potestas apud Romanos sed nunc est inane nomen. et census id est preciositas senatorum nunc est grauis sarcina que olim erat magna dignitas. Et si quis quondam curasset antoniam populi qui dicebat prefecturam. ille magnus habebat. nunc illa prefectura quod est abiectius? quod. nihil. Ut enim paulo ante diximus. nihil habet proprii decoris quod opinione vrentium nunc accipit splendorem nunc amittit. Et tunc epilogat dicens. Igitur si dignitates nequeunt facere reuerendos ut patet ex prima via. si sordescunt contagione id est vicio improborum ut patet ex secunda via. si desinunt splendore mutatione temporum ut docet quarta via. si vilescunt estimatione gentium ut patet ex tertia via. quid est quod habeant in se expetende id est desiderande pulchritudinis. nedum alijs prestent? quasi diceret nihil habent pulchritudinis. et ideo nec eam alijs prestare possunt. Nota quod prefectura quondam erat magna dignitas apud Romanos. et dicit ille prefectus qui ceteris magistratibus presuit et omnes dignitates in ciuitate Romana antecellebat. sed postquam Julius cesar imperium inuaserat talis dignitas ad imperatorem transferebat. et diminuebat eius potestas ita quod nomen illius dignitatis mansit sine re. Item senatoria dignitas magna fuit apud Romanos. quia officium senatorum fuit honestum sed vtiliter consulere reipublice sed postea compulsi fuerunt senatores ad seruandum voluntati principis in damnum reipublice.

Metrum quartum tertij libri

Quamuis se tyrio superbus ostro
Comeret et niueis lapillis

Hic incipit quartum metrum huius tertij quod dicitur metrum fallentium ab inueniente